Ας κάνουμε όμως την παραχώρηση στους ζηλωτές και σ' αυτούς που καταδικάζουν όλα τα πράγματα με τα οποία δεν συμφωνούν, κι ας δεχθούμε ότι αυτές οι συνθήκες διανοίγουν διαφορετικούς δρόμους, που οδηγούν σε διαφορετικές κατευθύνσεις. Τι θα συμπεράνουμε απ' αυτό; Μόνον ένας απ' αυτούς είναι ο αληθινός δρόμος της σωτηρίας, αλλά ανάμεσα σε χίλιους δρόμους που ακολουθούν οι άνθρωποι είναι ακόμα αμφίβολο για το ποιος είναι ο σωστός. Ούτε η μέριμνα για την πολιτεία, ούτε το δικαίωμα της θέσπισης νόμων φανερώνει με περισσότερη βεβαιότητα στον ηγεμόνα το δρόμο που οδηγεί στον ουρανό απ' ό,τι τον φανερώνει σ' έναν ιδιώτη η προσωπική του μελέτη. Ας υποθέσουμε πως κουβαλώ ένα αδύναμο σώμα και πως είμαι χτυπημένος από μια βαριά αρρώστια, για την οποία υπάρχει μόνον ένα φάρμακο, και αυτό άγνωστο. Ανήκει λοιπόν στον ηγεμόνα να καθιρώσει το φάρμακο, επειδή υπάρχει μόνον ένα, και αυτό άγνωστο ανάμεσα σε ένα τόσο μεγάλο πλήθος από διαφορετικά φάρμακα; Επειδή υπάρχει, λοιπόν, ένας μόνον τρόπος να αποφύγω το θάνατο, πρέπει γι' αυτό να κάνω αυτό που προτάζει ο ηγεμόνας για να είμαι ασφαλής; Τα πράγματα που κάθε άνθρωπος οφείλει να ερευνά ειλικρινά για τον εαυτό του, με το στοχασμό, τη μελέτη,

nihil opis nobis affert. Ego unicam illam angustam quae ad caelum ducit semitam magistratui non magis notam esse dico quam privatis; ideoque tuto cum non possum sequi ducem qui, cum viae potest esse aequè ignarus, de mea certe salute non potest non esse minus sollicitus quam ego ipse. Inter tot gentis Hebraeae reges quotusquisque fuit, quem secutus aliquis Israelita non a vero cultu Dei deflexisset in idololatriam, in certam perniciem caeca hujusmodi obedientia ruiturus? Tu contra bono me esse animo jubes, in tuto dicis res est; jam enim magistratus non sua sed ecclesiae de rebus religionis decreta populo observanda proponit et sanctione civili stabili. Sed rogo: cujus denum ecclesiae? Illius scilicet quae principi placet. Quasi vero ille de religione suam non interponit iudicium, qui me in hanc vel illam ecclesiam lege, supplicio, vi cogit. Quid interest sive ipse me ducat, sive aliis ducendum tradat? Ex illius pariter pendeo voluntate, et de mea salute utrimque aequè statuit. Quanto securior Judacus, qui ex edicto regis Baali se adjunxit, quod ipsi dictum sit regem suo arbitrio nihil in religione statuere, nihil subditis in cultu divino injungere, nisi quod sacerdotum concilio et illius religionis mystis comprobatum et pro divino habitum? Si ideo vera, ideo salutifera sit alicujus ecclesiae religio, quia sectae illius antistites, sacerdotes, asseclae eam laudant, praedicant et quantum possunt suffragiis suis commendant, quae tandem erit erronea, falsa, perniciosa? De Socinianorum fide dubito; Pontificiorum vel Lutheranorum cultus mihi suspectus est; an igitur tutior mihi ingressus est in hanc vel illam ecclesiam, jubente magistratu, quod ille nihil imperat, nihil de religione sancit, nisi ex autoritate et consilio doctorum istius ecclesiae? Quanquam si verum dicere volumus,

πρωσι βεβαίως σε τίποτε δεν μας βοηθά. Λέγω πως η μία και μόνη στενή οδός που οδηγεί στον ουρανό δεν είναι καλύτερα γνωστή στον ηγεμόνα παρά στους απλούς πολίτες, και συνεπώς δεν μπορώ με σιγουριά να τον ακολουθήσω ως οδηγό μου, τη στιγμή που είναι πιθανόν να αγνοεί την οδό το ίδιο όπως κι εγώ, και που βεβαίως πρέπει να ενδιαφέρεται λιγότερο για τη σωτηρία μου απ' ό,τι εγώ ο ίδιος. Ανάμεσα σε τόσους βασιλείς των Ιβρικών πόσει δεν υπήρξαν που, αν οποιoσδήποτε Ισραηλίτης τους ακολουθούσε, δεν θα παρισυρόταν από την αληθινή λατρεία του Θεού στην ειδωλολατρία, και με μια τέτοια τυφλή υπακοή δεν θα οδηγούνταν σε βεβαία καταστροφή; Ωστόσο, με παρακινείς να δείξω καλή θέληση και μου λες πως το πράγμα είναι ασφαλές, επειδή αυτά που επιβάλλει τώρα ο ηγεμόνας στο λαό, και βεβαιώνει με πολιτικές κυρώσεις, είναι η τήρηση όχι των δικών του νόμων στα ζητήματα της θρησκείας, αλλά των κανόνων της εκκλησίας. Αλλά ρωτώ: ποιας εκκλησίας; Ολοφάνερα, της εκκλησίας που ικανοποιεί τον ηγεμόνα. Ως εάν αυτός που βίαια με οδηγεί με νόμους και ποινές σ' αυτή ή εκείνη την εκκλησία δεν παρεμβάλλει την κρίση του στα ζητήματα της θρησκείας. Ποια είναι η διαφορά αν ο ίδιος με οδηγεί ή με παραδίδει σε άλλους για να με οδηγήσουν; Και στις δύο περιπτώσεις εξαρτώμαι από τη θέλησή του, και είναι αυτός που αποφασίζει, σε οποιαδήποτε περίπτωση, για τη σωτηρία μου. Θα ήταν πιο ασφαλής ένας Ιβραίος, που λάτρευε τον Βάαλ" σύμφωνα με τη διαταγή του βασιλιά του, επειδή του είπαν πως ο βασιλιάς δεν διέταξε τίποτε σχετικά με τη θρησκεία σύμφωνα με την κρίση του και δεν επέβαλε τίποτε να γίνει από τους υπηκόους του όσον αφορά τη λατρεία του Θεού, παρά ό,τι επιδοκιμαζόταν από το συμβούλιο των ιερέων και θεωρούνταν από τους μύστες αυτής της εκκλησίας πως είναι θεϊκό; Αν η θρησκεία οποιασδήποτε εκκλησίας γίνεται αληθινή και σωτήρια, επειδή οι αρχιερείς, οι ιερείς και οι οπαδοί αυτής της θρησκευτικής ομολογίας την εξυμνούν και την κηρύσσουν και όσο μπορούν την προβάλλουν, τότε ποια θρησκεία θα ήταν δυνατόν να είναι εφελμένη, ψεύτικη και ολέθρια; Αμφιβάλλω για την πίστη των Σοκινιανών." ύποπτευομαι τη λατρεία των Παπιστών ή των Λουθηρανών. Είναι λοιπόν πιο ασφαλές για μένα να προ-σχωρήσω σ' αυτήν ή εκείνη την εκκλησία, όταν τό διατάζει ο ηγεμόνας, επειδή αυτός τίποτε δεν προστάζει, τίποτε δεν εγκρίνει σχετικά με τη θρησκεία, αν αυτό δεν βασίζεται στην αυθεντία και τη σύμφωνη γνώμη των διδασκάλων αυτής της εκκλησίας; Αλλά αν θέλουμε να πούμε την αλη-

statim sumptam rejiciet stomachus, nec invito infundi debet remedium, quod idiosyncrasiae vitio mutabitur in venenum. Quicquid de religione in dubium vocari potest, hoc demum certum est, quod nulla religio, quam ego non credo esse veram, mihi vera aut utilis esse potest. Nequicquam igitur salvandae animae praetextu subditos ad sacra sua cogit magistratus, si credant, sponte venturos, si non credant, quamvis venerint, nihilominus perituros. Quantumvis igitur prae te fers alteri bene velle, quantumvis de salute ejus labores, homo ad salutem cogi non potest: post omnia, sibi et conscientiae suae relinquendus.

Sic tandem homines habemus in rebus religionis ab alieno dominio liberos. Quid jam facient? Deum publice colendum et sciunt et agnoscunt omnes; quorsum alias ad coetus publicos cogimur? Hominibus itaque in ea libertate constitutis incunda est societas ecclesiastica, ut coetus celebrent, non solum ad mutuam aedificationem, sed etiam ut se coram populo testentur cultores esse Dei, eumque se divino numini cultum offerre, cujus ipsos non pudet, nec Deo credunt aut indignum aut ingratum; ut doctrinae puritate, vitae sanctimonia et rituum modesto decore, alios ad religionis veritatisque amorem pelliceant aliaque praestent quae a singulis privatim fieri non possunt.

Has societates religiosas ecclesias voco, quas magistratus tolerare debet; quia a populo ita in coetus collecto non aliud agitur, quam quod singulis hominibus seorsim integrum est et licitum, scilicet de salute animarum. Nec hac in re discrimen aliquod est inter ecclesiam aulicam reliquasque ab ea diversas.

Sed cum in omni ecclesia duo praecipue consideranda sunt, cultus scilicet externus sive ritus, et dogmata: de utrisque

παρέχεται αν το στομάχι το απορρίπτει ευθύς με τη λήψη, και είναι λάθος να επιβάλουμε σ' έναν απρόθυμο ασθενή ένα φάρμακο, όταν η ιδιοσυγκρασία του θα το μετατρέψει σε δηλητήριο. Το καθέλ στη θρησκεία μπορεί να αμφισβητηθεί, ωστόσο αυτό είναι βέβαιο, ότι καμιά θρησκεία, που δεν πιστεύω για αληθινή, δεν μπορεί να είναι αληθινή και χρήσιμη για μένα. Μάταια λοιπόν ο ηγεμόνας εξαναγκάζει τους υπηκόους του να προσχωρήσουν στη δική του εκκλησία με την πρόφαση της σωτηρίας των ψυχών του. Αν πιστεύουν, θα προσχωρήσουν με τη θέλησή τους: αν δεν πιστεύουν, θα αν προσχωρήσουν, θα αφανιστούν το δίχως άλλο. Οσοδήποτε, λοιπόν, αν ισχυρίζεσαι ότι θέλεις το καλό των άλλων και οσοδήποτε αν κοιτάζεις για τη σωτηρία τους, ένας άνθρωπος δεν μπορεί να σωθεί με τη βία. Σι τέλος, ο καθένας θα πρέπει να αφεθεί στον εαυτό του και στη συνείδηση του.

Έτσι, τελικά έχουμε ελευθερώσει τους ανθρώπους από την ξένη κυριαρχία σε θέματα της θρησκείας. Τι θα κάνουν λοιπόν; Όλοι οι άνθρωποι γενρίζουν και ομολογούν ότι ο Θεός πρέπει να λατρεύεται δημόσια: διαφορετικά για ποιον σκοπό συνηχούμαστε σε δημόσιες συνελεύσεις; Οι άνθρωποι λοιπόν, προικισμένοι μ' αυτή την ελευθερία, πρέπει να προσχωρούν κάποια εκκλησιαστική κοινωνία, για να παίρνουν μέρος στη δημόσια λατρεία, όχι μόνον για αμοιβαία διαπαιδαγώγηση, αλλά και για να μιλούν στον κόσμο ότι είναι λάτρεις του Θεού και ότι προσφέρουν στη θεία δύναμη τέτοια λατρεία, για την οποία δεν ντρέπονται και ούτε πιστεύουν πως είναι ανάξια ή αταίριαστη για τον Θεό· και, τελικά, για να προσέλθουν τους άλλους στην αγάπη της θρησκείας και της αλήθειας, με την κορότητα του δόγματός, την αγιότητα του βίου και την κόσμια μορφή λατρείας, και για να εκτελούν διάφορα άλλα θρησκευτικά καθήκοντα, είναι αδύνατο να γίνουν μόνον από ένα άτομο.

Αυτές τις θρησκευτικές κοινωνίες τις ονομάζω εκκλησίες, και αυτοί ηγεμόνας οφείλει να ανέχεται· γιατί οι άνθρωποι συγκεντρωμένοι έτσι δημόσιες συνελεύσεις δεν πράττουν τίποτε το διαφορετικό απ' ό,τι είναι τρεπτό και κόσμιο στο κάθε άτομο χωριστά, δηλαδή να διαφέρουν στη σωτηρία των ψυχών τους. Και σ' αυτό το θέμα δεν υπάρχει διαφορά μέσα στην επίσημη—αυλική—εκκλησία και στις άλλες που διαφωνούν αυτήν.

Αλλά καθώς σε κάθε εκκλησία υπάρχουν δύο πράγματα που η κυρίως να μελετηθούν, δηλαδή η εξωτερική λατρεία ή το τυπικό και η

morbum aliquem, cui obnoxii sunt infantes, vel sanandum vel praecavendum, credatque etiam tanti esse ut de ea edicto caveatur. An igitur dicet aliquis eodem jure licere magistratui lege etiam jubere, ut infantes a sacerdote sacro fonte abluantur ad purgationem animarum? vel ut sacris aliquibus initientur? Quis non primo aspectu videt res hasce toto caelo differre? Supponas Judaei esse filium, et res ipsa per se loquitur. Quid enim vetat magistratum Christianum Judaeos habere subditos? Quam injuriam, in re sua natura indifferenti, Judaeo non faciendam agnoscis, scilicet ut in cultu religioso contra quam ipse sentiat aliquid agere cogatur, eam Christiano homini faciendam asseris?

3. Res sua natura indifferentes non possunt fieri pars cultus divini auctoritate et arbitrio humano, et hanc ipsam ob rationem, quia sunt indifferentes. Nam cum res indifferentes nulla virtute sua propria aptae natae sunt ad numen propitiandum, nulla humana potestas vel auctoritas eam illis conciliare valet dignitatem et excellentiam, ut Deum possint demereri. In communi vita rerum sua natura indifferentium liber is et licitus est usus quem Deus non prohibuerit, adeoque in his locum habere potest arbitrium vel auctoritas humana; sed eadem non est in religione et sacris libertas. In cultu divino res adiaphorae non alia ratione sunt licitae, nisi quatenus a Deo institutae, eamque illis certo mandato tribuerit Deus dignitatem ut fiant pars cultus, quam approbare et ab homunculis et peccatoribus accipere dignabitur supremi numinis majestas. Nec Deo indignabunde roganti: Quis requisivit? satis erit respondere, jussisse magistratum. Si jurisdictio civilis eousque extendatur, quid non licebit in religione? Quae rituum farrago, quae superstitionis inventa, modo magistratus auctoritate innixa, etiam reclamante et condemnante conscientia, non erunt Dei cultoribus amplectenda, cum horum pars maxima in religioso rerum sua natura

μερικές αρρώστιες που βρίσκουν τα βρέφη, και ότι επίσης πιστεύει πως το θέμα είναι αρκετά σημαντικό για να καλυφθεί με διάταγμα. Λοιπόν θα πει κάποιος ότι ο ηγιμόνας έχει το ίδιο δικαίωμα να επιβάλλει με νόμο τη βία των ψυχών τους; Ή τη μύησή τους σε ορισμένα μυστήρια; Ποιος δεν βλέπει ευθύς αμέσως ότι αυτά είναι δύο εντελώς διαφορετικά πράγματα; Υπόθεσε πως πρόκειται για το γιο ενός Εβραίου, και το πράγμα μιλάει από μόνο του. Γιατί τι εμποδίζει τον χριστιανό ηγεμόνα να έχει Εβραίους υπηκόους; Αν δέχεται πως δεν είναι δυνατόν να γίνει μια τέτοια αδικία σ' έναν Εβραίο, δηλαδή να εξαναγκαστεί, αντίθετα μ' αυτό που πιστεύει, να ακολουθήσει στη θρησκευτική λατρεία κάτι που είναι αδιάφορο ως προς τη φύση του, θα υποστηρίξεις ότι αυτό μπορεί να γίνει σ' έναν Χριστιανό;

3. Πράγματα από τη φύση τους αδιάφορα δεν μπορούν να γίνουν μέρος της θείας λατρείας με βάση την ανθρώπινη αυθεντία και απόφαση και, γι' αυτόν ακριβώς το λόγο, ότι δηλαδή είναι αδιάφορα. Γιατί, εφόσον τα αδιάφορα πράγματα δεν είναι από την ίδια τους τη φύση σε θέση να προσφέρουν τη Θεότητα, καμιά ανθρώπινη δύναμη ή εξουσία δεν μπορεί να προσφέρει σ' αυτά μια τέτοια αξία και υπεροχή ώστε να τα καταστήσει αντίξια της θείας εύνοιας. Στις κοινές υποθέσεις της ζωής η χρήση των αδιάφορων ως προς τη φύση τους πραγμάτων που ο Θεός δεν έχει απαγορεύσει, είναι ελεύθερη και νόμιμη, και συνεπώς σ' αυτά η ανθρώπινη απόφαση και αυθεντία μπορούν να έχουν θέση. Όμως στη θρησκεία και στα ιερά ζητήματα δεν υπάρχει η ίδια ελευθερία. Στη θεία λατρεία τα αδιάφορα πράγματα δεν νομιμοποιούνται παρά μόνον στο βαθμό που αυτά έχουν θεσπιστεί από τον Θεό, και στο βαθμό που με κάποια βέβαιη εντολή του έχουν καταστεί άξια να αποτελέσουν μέρος της λατρείας που η Παντοδύναμη Θεότητα επιδοκιμάζει και καταδέχεται να δεχτεί από τα χέρια των ασήμαντων και αμαρτωλών ανθρώπων. Όταν ο εξουγιμένος Θεός ρωτήσει: Ποιος το ζήτησε αυτό; δεν θα είναι αρκετό να απαντήσουμε ότι το πρόσταξε ο ηγεμόνας. Αν η πολιτική δικαιοδοσία εντείνεται τόσο μακριά, τότε τι δεν θα είναι πια νόμιμο στη θρησκεία; Ποιο ανακάρωμα τελετών και ποιες δεισιδαιμονίες επινοήσεις, βασισμένες στο κύρος του ηγεμόνα, δεν θα επιβάλλονται στους λάτρεις του Θεού, παρά την απόρριψή τους και την καταδίκη τους από τη συνείδηση; Γιατί το μεγαλύτερο μέρος τους

requiri et ipsi placere; unde fit necessarium. Circumstantiae sunt, quae etsi in genere a cultu abesse non possunt, tamen earum certa species non definitur, adeoque sunt indifferentes; cujusmodi sunt locus et tempus, cultoris habitus et corporis situs, cum de iis nihil mandaverit voluntas divina. Verbi gratia, tempus locusque et sacra facientium habitus apud Judaeos non erant merae circumstantiae, sed pars cultus, in quibus si quid mancum aut immutatum, sperare non poterant sacra sua Deo fore grata et accepta. Quae tamen Christianis, quibus constat libertas Evangelica, purae sunt cultus circumstantiae, quas prudentia cujusque ecclesiae potest in morem trahere, prout eas credit hoc vel illo modo cum ordine et decoro aedificationi maxime inservire; iis vero quibus sub Evangelio persuasum est diem dominicum suo cultui a Deo segregatum esse, illis tempus hoc non est circumstantia, sed pars cultus divini, quae nec mutari nec negligi potest.

II. Magistratus ecclesiae cujusvis ritus sacros et cultum in ea receptum prohibere non potest in coetibus religiosis, quoniam eo modo ipsam tolleret ecclesiam, cujus finis est ut Deum suo more libere colat. Dices: An igitur si infantem immolare; si, quod Christianis olim falso afflictum, in promiscua stupra ruere velint, an et haec et hujusmodi, quia in coetu ecclesiastico sunt, a magistratu sint toleranda? Respondeo: Haec domi et in civili vita non licita, itaque nec in coetu aut cultu religioso. Si vero vitulum immolare vellent, id lege prohibendum esse nego. Meliboeus, cujum pecus est, domi vitulum suum mactare potest, partemque quam velit igne cremare; nulli facta est injuria, alienae possessioni nihil detrahitur. In cultu igitur divino

Θεός και πως είναι ευχάριστο γι' αυτόν· επομένως γίνεται αναγκαίο. Τυχαιά περιστατικά είναι τα πράγματα που, αν και δεν είναι δυνατό να παραλειφθούν γενικώς από τη λατρεία, ωστόσο δεν καθορίζονται με ακρίβεια, και γι' αυτό είναι αδιάφορα. Τέτοια είναι ο τόπος και ο χρόνος της λατρείας ή η ενδυμασία και η στάση του πιστού κατά τη λατρεία, εφόσον η θεία βούληση δεν έχει δώσει οδηγίες σχετικά μ' αυτά. Για παράδειγμα, ανάμεσα στους Εβραίους ο χρόνος και ο τόπος της λατρείας, και η ενδυμασία των ιερέων, δεν ήταν απλώς τυχαία περιστατικά, αλλά αναπόσπαστο μέρος της λατρείας και, αν κάτι σ' αυτά δεν γινόταν σωστά ή μεταβαλλόταν, δεν μπορούσαν να ελπίζουν πως οι ιεροτελεστίες τους θα ευχαριστούσαν τον Θεό και πως θα γίνονταν αποδεκτές απ' αυτόν. Αλλά για τους χριστιανούς που κατέχουν την ελευθερία του Ευαγγελίου αυτά είναι πέρα για πέρα τυχαία περιστατικά της λατρείας, που η φρόνηση κάθε εκκλησίας μπορεί να τα καθιρώσει, καθ' όσον πιστεύει ότι μ' αυτόν ή εκείνον τον τρόπο εξυπηρετούν τα μέγιστα τους σκοπούς της τάξης, της κοσμιότητας και της πνευματικής διαπαιδαγώγησης· αλλά γι' αυτούς που, με βάση το Ευαγγέλιο, πιστεύουν ότι η Κυριακή ορίστηκε από τον Θεό για τη λατρεία του, το ζήτημα του χρόνου δεν είναι τυχαίο περιστατικό, αλλά αναπόσπαστο μέρος της θείας λατρείας, και δεν μπορεί ούτε να αλλάξει ούτε να παραμεληθεί.

II. Ο ηγεμόνας δεν μπορεί να απαγορεύσει στις θρησκευτικές συνλεύσεις οποιασδήποτε εκκλησίας τις ιερές τελετές και τον τύπο λατρείας που αυτή ακολουθεί, γιατί μ' αυτόν τον τρόπο θα κατέστρεφε την ίδια την εκκλησία, που σκοπός της είναι να λατρεύει τον Θεό ελεύθερα σύμφωνα με τον τρόπο που επιδοκιμάζει. Θα πεις: Λοιπόν αν θέλουν να θυσιάσουν νήπια· αν, όπως κάποτε εσφαλμένα κατηγορήθηκαν οι χριστιανοί, θέλουν να βυθιστούν σε κοινή διαφθορά, θα πρέπει ο ηγεμόνας να ανεχθεί αυτές και άλλες τέτοιες πρακτικές, επειδή λαμβάνουν χώρα σε θρησκευτικές συνάξεις; Απαντώ: Αυτά τα πράγματα δεν είναι νόμιμα ούτε στην οικγενειακή ούτε στην πολιτική ζωή· συνεπώς δεν είναι νόμιμα ούτε στη λατρεία ούτε σε μια θρησκευτική σύναξη. Αλλά, αν ήθελαν να θυσιάσουν ένα μοσχάρι, δεν δέχομαι ότι αυτό θα έπρεπε να απαγορευτεί με νόμο. Ο Meliboeus, στον οποίο ανήκει το ζώο¹, μπορεί νόμιμα να σφάξει το μοσχάρι του στο σπίτι και να ψήσει στη φωτιά οποιοδήποτε μέρος του προτιμά· ξενόγαν δεν βλάπτει, κανενός την περιουσία δεν ζημιώνει. Λοιπόν και για τον ίδιο λόγο μπορεί επίσης να σφάξει το μοσχάρι του στη θεία λατρεία. Αν

memineris oportet, quod eadem est ubique civilis potestas et sua cuique principi orthodoxa religio. Ideoque si in rebus religionis magistratui civili concessa sit potestas, quae Genevae vi et sanguine extirpare debet religionem quae pro falsa vel idololatrâ habetur, in vicinia eodem jure orthodoxam opprimet, et in Indiis Christianam. Potestas civilis vel omnia potest in religione ad opinionem principis mutare vel nihil. Si aliquid liceat in rebus sacris lege, vi, poenis introducere, frustra quaeritur modus; omnia licebit ad normam veritatis, quam sibi magistratus sinxerit, iisdem armis exigere. Nemo hominum religionis causa bonis suis terrestribus evertendus, nec Americani principi Christiano subjecti ideo vita aut bonis exuendi, quia Christianam religionem non amplectuntur. Si patriis ritibus se Deo placere et salvos fieri credant, sibi et Deo relinquendi.

Rem ab origine retexam. Venit in ethnicorum ditionem Christianorum parva et debilis turba, omnium rerum egenâ; postulant extranei ab indigenis, homines ab hominibus, uti par est, subsidia vitae; dantur necessaria, conceduntur sedes, coalescit in unum populum utraque gens. Christiana religio radices agit, disseminatur, sed nondum fortior; colitur adhuc pax, amicitia, fides, et aequa servantur jura. Tandem magistratu in eorum partes transeunte fortiores facti sunt Christiani. Tum demum pacta proculcanda, violanda jura, ut amoveatur idololatria, et nisi ritus suos antiquos relinquere et in alienos novosque transire velint, vita, bonis terrisque avitis exuendi innocui et juris observantissimi ethnici, utpote contra bonos mores et legem civilem non peccantes; et tum demum, quid zelus pro ecclesia,

ορθόδοξη; Πρέπει να θυμάσαι πως η πολιτική εξουσία είναι παντού η ίδια και ότι η θρησκεία κάθε ηγεμόνα είναι για τον ίδιο ορθόδοξη. Αν, λοιπόν, παραχωρηθεί μια τέτοια εξουσία στον πολιτικό ηγεμόνα πάνω στα θέματα της θρησκείας, όπως στη Γενεύη όπου μπορεί να εξοντώσει με τη βία και το αίμα τη θρησκεία που θεωρείται εσφαλμένη και ειδωλολατρική, με το ίδιο δικαίωμα ένας άλλος ηγεμόνας σε κάποια γειτονική χώρα μπορεί να εξοντώσει την ορθόδοξη θρησκεία, και στις Ινδίες τη χριστιανική. Η πολιτική εξουσία είτε μπορεί να μεταβάλλει το κάθε τι στη θρησκεία κατά τη βούληση του ηγεμόνα, είτε τίποτε δεν μπορεί να μεταβάλλει. Αν επιτρέψουμε να εισαχθεί ο,τιδήποτε στα ιερά μυστήρια με νόμο, βία και επιβολή ποινών μάταια θα ζητήσουμε κάποιον περιορισμό: ο ηγεμόνας θα έχει τη δύναμη να εξαναγκάσει, με τα ίδια μέσα, τον καθένα να συμμορφωθεί προς το κανόνα της αλήθειας που δέχεται ο ίδιος. Κανένας άνθρωπος δεν θα πρέπει να στερηθεί τα εγκόσμια αγαθά του εξαιτίας της θρησκείας. Ούτε βεβαίως οι Αμερικανοί, υποταγμένοι σ' έναν χριστιανό ηγεμόνα, θα πρέπει να στερηθούν τη ζωή ή την περιουσία τους, επειδή δεν ασπάζονται τη χριστιανική θρησκεία. Αν πιστεύουν ότι ευχαριστούν τον Θεό και εξασφαλίζουν σωτηρία με τους τρόπους λατρείας των προγόνων τους, θα πρέπει να αιτούν στον εαυτό τους και στον Θεό.

Ας εξετάσουμε το πράγμα από την αρχή. Μια μικρή και αδύναμη ομάδα χριστιανών, στερημένη το καθετί, έρχεται σε μια ειδωλολατρική χώρα. Ξένοι παρακαλούν τους νεώπιους, στο όνομα της κοινής ανθρώπινης φύσης να τους εφοδιάσουν με τα απαραίτητα για τη ζωή. Ικανοποιούνται οι ανάγκες τους, τους παραχωρούνται κατοικίες, και οι δύο φυλές ενώνονται και σχηματίζουν έναν λαό. Η χριστιανική θρησκεία πιάνει ρίζες και εξαπλώνεται, ωστόσο ακόμα δεν είναι η πιο ισχυρή. Ως εδώ η ειρήνη, η φιλία, η πίστη και η αφοσίωση δικαιοσύνη διατηρούνται ανάμεσά τους. Τελικά με το πέρασμα του ηγεμόνα οι χριστιανοί γίνονται ισχυρότεροι. Ευθύς αμέσως οι συνθήκες θα πρέπει να καταπατηθούν και τα πολιτικά δικαιώματα να παραβιαστούν για να εξοντωθεί η ειδωλολατρία: και οι αθώοι εθνικοί, πιστοί τηρητές δικαίου, που ποτέ δεν παραβίασαν τα χρηστά ήθη και το νόμο της πολιτείας θα πρέπει να στερηθούν τη ζωή τους και τη γη των προγόνων τους, αν θελήσουν να εγκαταλείψουν τους πατροπαράδοτους τύπους λατρείας και ασπαστούν νέους και ξένους. Και τότε επιτέλους βλέπουμε καθαρά πού η

distinctionem. Lex enim quaecunque positiva nullos obligat, nisi eos quibus ponitur. *Audi Israel*, satis coercet ad eam gentem Mosaicæ legis obligationem. Hoc unicum sufficeret contra illos, qui idololatræ capitale supplicium ex lege Mosaica statuere volunt. Libet tamen hoc argumentum paulo fusius expendere.

Idololatrarum respectu reipublicæ Judaicæ duplex erat ratio: Primo, eorum qui sacris Mosaicis initiati et istius reipublicæ cives facti a cultu Dei Israelis desciverint. Hi tanquam proditores et rebelles læsæ majestatis rei agebantur. Respublica enim Judæorum ab aliis longe diversa, quippe quæ in theocratia fundabatur; nec, uti post Christum natum, ulla fuit aut esse potuit inter ecclesiam et rempublicam distinctio; *leges de unius invisibilisque numinis cultu in ea gente fuere civiles et politici regiminis pars, in quo ipse Deus legislator. Si rempublicam eo jure constitutam uspiam ostendere potes, in eâ fatebor leges ecclesiasticas in civiles transire, omnesque subditos etiam a cultu extraneo et sacris alienis magistratus gladio cohiberi et posse et debere. Sed sub Evangelio nulla prorsus est respublica Christiana. Multa fateor sunt regna et civitates quæ in fidem transierunt Christianam, retenta et conservata veteris reipublicæ et regiminis forma, de qua Christus nihil sua lege statuit. Qua fide, quibus moribus vita æterna singulis obtinenda sit, docuit; veruntamen nullam rempublicam instituit, novam civitatis formam et suo populo peculiarem nullam introduxit, nullos magistratus gladio armavit, quo homines ad fidem vel cultum eum, quem suis proposuit, cogerentur vel ab alienæ religionis institutis arcerentur.*

Secundo, extranei et a republica Israelis alieni non vi

δίκαιο δεν υποχρεώνει κανέναν, εκτός από αυτούς για τους οποίους θεσπίζεται. Το "Άκουε, Ισραήλ", περιορίζει επαρκώς τον υποχρεωτικό χαρακτήρα του Μωσαϊκού νόμου σ' αυτόν το λαό. Αυτό και μόνον θα ήταν αρκετό εναντίον αυτών που επιθυμούν να επιβάλλουν τη θανατική ποινή για τους ειδωλολάτρες με βάση τον Μωσαϊκό νόμο. Αλλά θα αναπτύξω αυτό το επιχείρημα κάπως διεξοδικότερα.

Όσον αφορά το Εβραϊκό κράτος, οι ειδωλολάτρες ήταν δύο ειδών. Πρώτον, ήταν αυτοί που, έχοντας μνηθεί στα μυστήρια της Μωσαϊκής θρησκείας και έχοντας γίνει πολίτες αυτού του κράτους, εγκατέλειψαν κατόπιν τη λατρεία του Θεού του Ισραήλ. Αυτοί διώκονταν ως προδότες και στασιαστές, ένοχοι εσχάτης προδοσίας. Γιατί το κράτος των Εβραίων ήταν πολύ διαφορετικό από όλα τα άλλα, και τούτο γιατί θεμελιώθηκε ως μια θεοκρατία: ούτε, καθώς συμβαίνει μετά τη γέννηση του Χριστού, υπήρξε ή μπορούσε να υπάρξει οποιαδήποτε διάκριση ανάμεσα στην εκκλησία και την πολιτεία. Οι νόμοι που καθιερώθηκαν σ' αυτόν το λαό για τη λατρεία της μιας και αόρατης θεότητας ήταν πολιτικοί νόμοι και μέρος του πολιτικού καθεστώτος, στο οποίο ο ίδιος ο Θεός ήταν νομοθέτης. Τώρα, αν μπορείς να μου δείξεις μια πολιτεία σε οποιοδήποτε μέρος του κόσμου που να θεμελιώθηκε πάνω σ' αυτή τη βάση, θα δεχθώ ότι σ' αυτή την πολιτεία οι εκκλησιαστικοί νόμοι μεταβάλλονται σε πολιτικούς, και ότι σ' όλους τους υπηκόους της πολιτείας αυτής είναι δυνατόν και πρέπει να απαγορευθεί με το ξίφος του ηγεμόνα η χρήση ξένων μορφών λατρείας ή ξένων τελετουργικών. Αλλά κάτω από το Ευαγγέλιο δεν υπάρχει απολύτως καμιά τέτοια χριστιανική πολιτεία. Παραδέχομαι πως υπάρχουν πολλά βασίλεια και πολιτείες που ασπαστήκαν τη χριστιανική πίστη: ωστόσο αυτά κράτησαν και διατήρησαν το παλιό τους πολιτεύμα, πάνω στο οποίο τίποτε δεν πρόσθεσε ο νόμος του Χριστού. Ο Χριστός δίδαξε την πίστη και τους κανόνες συμπεριφοράς, με τα οποία θα μπορούσαν τα άτομα να κερδίσουν την αιώνια ζωή: ωστόσο δεν θεμελίωσε καμιά πολιτεία, δεν εισήγαγε κανένα νέο πολιτεύμα, που θα ταίριαζε στο λαό του: δεν όπλισε κανέναν ηγεμόνα με ξίφος, με το οποίο θα εξανάγκαζε τους ανθρώπους να ασπαστούν την πίστη ή τη λατρεία, που αυτός θα όριζε για το λαό του, ή θα τους εμπόδιζε να ασπαστούν μίαν άλλη θρησκεία.

Δεύτερον, οι ξένοι, και αυτοί που δεν ήταν υπήκοοι του κράτους του Ισραήλ, δεν εξαναγκάζονταν με τη βία να δεχθούν τους Μωσαϊκούς τύπου

cupierat, civitatis Israeliticae etiam leges, hoc est religionem, simul amplexus est; sed id sponte sua pronus, non imperantis vi coactus, tanquam privilegium cupidus ambivit, non invitus in obsequii testimonium accepit. Simul atque civis factus est, legibus reipublicae obnoxius erat, quibus intra pomeria et limites terrae Cananaeae prohibebatur idololatria. De exteris regionibus populisque ultra eos terminos situs nihil ea lege statutum.

Hactenus de cultu externo. Sequitur ut de fide agamus.

Ecclesiarum dogmata alia practica, alia speculativa; et quamvis utraque in veritatis cognitione consistunt, haec tamen opinione et intellectu terminantur, illa aliquo modo ad voluntatem et mores spectant. Speculativa igitur dogmata et (uti vocantur) articulos fidei quod attinet, qui nihil aliud exigunt nisi solum ut credantur, illos lex civilis nullo modo in ecclesiam aliquam potest introducere. Quorsum enim attinet id lege sancire, quod qui vellet maxime, non potest agere? Ut hoc vel illud verum esse credamus, in nostra voluntate situm non est. Sed de hoc satis jam dictum. Verum profiteatur se credere; nimirum ut pro salute animae suae Deo et hominibus mentiatur. Bella sane religio! Si magistratus ita servari homines velit, quae sit via salutis videtur parum intelligere; si id non agit ut serventur, quare de articulis religionis tam sollicitus, ut lege jubeat?

Deinde, opiniones quasvis speculativas quo minus in ecclesia quavis teneantur doceanturve prohibere non debet magistratus, quia haec ad civilia subditorum jura nequaquam attinent. Si quis Pontificius credat id corpus Christi revera esse, quod alius panem vocaret, nullam injuriam facit vicino. Si Judaeus non credat

νόμους του κράτους του Ισραήλ, δηλαδή ασπαζόταν ταυτόχρονα τη θρησκεία του. Αλλά αυτό το έκανε με τη θέλησή του και όχι κάτω από τον βίαιον εξαναγκασμό του ηγεμόνα. Δεν υποτασσόταν ακούσια για να δείξει την υπακοή του, αλλά το επιζητούσε ως προνόμιο. Και μόλις γινόταν πολίτης, υποτασσόταν στους νόμους της πολιτείας, που απαγόρευαν την ειδωλολατρία μέσα στα όρια της γης Χαναάν. Ωστόσο ο νόμος αυτός δεν έκανε καμιά πρόβλεψη για τις ξένες περιοχές και για τους λαούς που κατοικούσαν πέρα από αυτά τα όρια.

Αρκετά είπαμε ως εδώ για την εξωτερική λατρεία. Ας εξετάσουμε τώρα το θέμα της πίστης.

Από τα δόγματα των εκκλησιών άλλα αναφέρονται στην πράξη και άλλα στη θεωρία και τα δύο αποβλέπουν στη γνώση της αληθείας, ωστόσο τα μεν περιορίζονται απλώς στη γνώμη και τη νόηση, τα δε, κατά κάποιον τρόπο, επηρεάζουν τη βούληση και τους τρόπους συμπεριφοράς. Συνεπώς τα θεωρητικά δόγματα και τα άρθρα της πίστης (όπως αποκαλούνται), που απαιτούν μόνο να τα πιστέψουμε, δεν είναι δυνατόν με κανέναν τρόπο να επιβληθούν σε οποιαδήποτε εκκλησία με νόμο της πολιτείας. Γιατί ποιο θα ήταν το όφελος να επιβάλουμε με νόμο της πολιτείας, που δεν θα μπορούσε να πράξει, όσο και αν το επιθυμούσε; Το να πιστέψουμε αυτό ή εκείνο ως αληθινό, δεν εξαρτάται από τη βούλησή μας. Αλλά γι' αυτό έχω ήδη πει αρκετά. Ωστόσο ας επιτραπεί να ομολογεί ο καθένας αυτό που πιστεύει. Παράξενο να ψεύδεται κανείς ενώπιον του Θεού και των ανθρώπων για τη σωτηρία της ψυχής του! Μια τέλεια θρησκεία πράγματι! Αν ο ηγεμόνας νομίζει ότι μ' αυτόν τον τρόπο μπορεί να σώσει τους ανθρώπους, φαίνεται πως ελάχιστα αντιλαμβάνεται τον τρόπο της σωτηρίας. Και αν δεν το κάνει για να τους σώσει, γιατί ανησυχεί τόσο για τα δόγματα της θρησκείας ώστε να θέλει να τα επιβάλει με νόμο;

Επιπλέον, ο ηγεμόνας δεν πρέπει να απαγορεύει σε καμιά εκκλησία να δέχεται ή να διδάσκει οποιοσδήποτε θεωρητικές απόψεις, γιατί αυτές δι' αφορούν τα πολιτικά δικαιώματα των υπηκόων του. Αν ένας σπαδός του Πάπα πιστεύει ότι αυτό που ένας άλλος αποκαλεί ψωμί είναι όντως το σώμα του Χριστού, καθόλου δεν βλάπτει τον διπλανό του". Αν ένας Εβραίος δι

peragendisque omnem suam curam, studium et diligentiam ponere debet; quandoquidem nihil habet haec mortalis conditio quo cum illa aeterna ullo modo sit aequiparanda. 2. Sequitur, quod cum homo aliorum hominum jus suo erroneo cultu nequaquam violet, cum alteri injuriam non faciat quod cum eo recte de rebus divinis non sentiat, nec illius perditio aliorum rebus prosperis fraudi sit, ad singulos solum salutis suae curam pertinere. Hoc autem non ita dictum velim, ac si omnia charitatis monita et studium errores redarguentium, quae maxima sunt Christiani officia, excludere vellem. Horrorationum et argumentorum quantum velit cuivis licet alterius salutem impendere; sed vis omnis et coactio abesse debet, nihil illic faciendum pro imperio. Nemo alterius monitis vel auctoritati hac in re ultra quam ipsi visum fuerit obtemperare tenetur. Suum cuique de sua salute supremum et ultimum iudicium est; quia ipsius solum res agitur, aliena inde nihil detrimenti capere potest.

Praeter animam immortalem vita insuper homini est in hoc saeculo, labilis quidem et incertae durationis, ad quam sustentandam terrenis commodis opus est, labore et industria conquirendis aut jam conquisitis. Quae enim ad bene beateque vivendum necessaria sunt, non sponte nascuntur. Hinc homini de his rebus altera cura. Cum vero ea sit hominum improbitas, ut plerique mallerent alieno labore partis frui quam suo quaerere, ideo homini parata, ut opes et facultates, vel ea quibus parantur, ut corporis libertatem et robur, tuendi gratia, ineunda est cum aliis societas, ut mutuo auxilio et junctis viribus harum rerum ad vitam utilium sua cuique privata et secunda sit possessio, relicta interim unicuique salutis suae aeternae cura; cum illius acquisitio nec alterius juvare poterit industria, nec amissio alterius cedere in damnum, nec spes ulla vi abripi. Cum vero

κυρίως να καταβάλλει κάθε δυνατή φροντίδα, σπουδή και φιλοπονία για την αναζήτηση και εκτέλεσή τους, γιατί οτιδήποτε ανήκει σ' αυτήν τη θνητή κατάσταση του ανθρώπου με κανέναν τρόπο δεν μπορεί να συγκριθεί με την αιωνιότητα. Δεύτερον, έπεται ότι καθώς ο ένας άνθρωπος δεν καταπατεί τα δικαιώματα ενός άλλου με τη δική του εσφαλμένη λατρεία, ή καθώς ο ένας δεν βλάπτει τους άλλους με το να μην συμμερίζεται τις ορθές θρησκευτικές τους πεποιθήσεις, και καθώς ο ένας ή δική του απώλεια δεν βλάπτει την ευημερία των άλλων, ή φροντίδα για τη σωτηρία του κάθε ανθρώπου ανήκει σ' αυτόν και μόνο. Ωστόσο δεν θα ήθελα να νομιστεί ότι μ' αυτό εννοώ να αποκλειστούν όλες οι φιλόπονη προσπάθειες και οι προσπάθειες ανασκευής των πλανών, πράγματα το οποίο είναι το ύψιστο καθήκον ενός χριστιανού. Ο καθένας μπορεί να μεταχειρίζεται τόσες προτροπές και επιχειρήματα όσες θα έκρινε σκόπιμο για τη σωτηρία ενός άλλου ανθρώπου, αλλά θα πρέπει να αποφύγει κάθε μορφή βίας και καταναγκασμού, και να μην πράξει τίποτε για χάρη της κυριαρχίας. Κανείς δεν είναι υποχρεωμένος σ' αυτό το θέμα να υπακούσει στις συμβουλές και τις διαταγές ενός άλλου πέρα απ' αυτό που ο ίδιος κρίνει ως ορθό. Όσον αφορά τη σωτηρία του ο κάθε άνθρωπος έχει την υπέρτατη και την έσχατη εξουσία να κρίνει για τον εαυτό του, γιατί πρόκειται αποκλειστικά για δική του υπόθεση, και γιατί κανείς άλλος δεν είναι δυνατόν να ζημιωθεί από τη συμπεριφορά του.

Εκτός από την αθάνατη ψυχή του, ο άνθρωπος έχει επιπλέον και τη ζωή του σ' αυτόν τον κόσμο. Μια ζωή γεμάτη αβεβαιότητα και αμφισβόλης διάρκειας, για τη διατήρηση της οποίας χρειάζεται τα εγκύσματα αγαθά, τα οποία είτε ήδη τα έχει αποκτήσει, ή θα πρέπει να τα αποκτήσει με μέτρο και φιλοπονία. Επειδή τα πράγματα που είναι αναγκαία για μια άνετη και ευτυχισμένη ζωή δεν παράγονται από μόνα τους, ο άνθρωπος είναι αναγκασμένος να καταβάλλει κάποια προσπάθεια για την απόκτησή τους. Αλλά αφού οι άνθρωποι είναι τόσο ανέντιμοι ώστε οι πιο πολλοί απ' αυτούς να προτιμούν μάλλον την απόλαυση των καρπών του μόχθου των άλλων ανθρώπων παρά να εργάζονται για τους εαυτούς τους, γι' αυτό, για να προστατέψουν την περιουσία τους, τον πλούτο και τα υπάρχοντά τους, καθώς επίσης την ελευθερία και τη σωματική τους ρώμη, που είναι τα μέσα της επιβίωσης τους, είναι αναγκασμένοι να συγκροτήσουν μαζί με τους άλλους κοινωνία, έτσι που με την αμοιβαία βοήθεια και το συνδυασμό των δυνάμεων ο κάθε άνθρωπος να μπορεί να έχει ασφαλή και ατομική κατοχή των πραγμάτων που είναι χρήσιμα για τη ζωή. Στο μεταξύ η φροντίδα για την αιώνια σωτηρία του καθ' ατόμου αφήνεται σ' αυτόν τον ίδιο, εφόσον η επίτευξή της δεν είναι δυνατή να στηριχθεί στη φιλοπονία ενός άλλου ανθρώπου, ούτε η απώλειά της είναι δυνατόν να προκαλέσει ζημιά σε έναν άλλον, ούτε ακόμη είναι δυνατόν να αφαιρεθεί η ελπίδα γι' αυτήν με οποιαδήποτε μορφή βίας. Αλλά οι άνθρωποι

provinciam positis, scilicet ut populus, ejusve pars aliqua, ad alienam religionem amplectendam et ad alios ritus transire cogatur, ea lege non tenentur aliter sentientes. Quandoquidem ad rerum hujus vitae solummodo conservandam privato cuique possessionem, nec alium in finem, inita est societas politica, animae suae et rerum caelestium cura, quae ad civitatem non pertinet nec ei subijci potuit, privato cuique reservata atque retenta. Vitae inde et rerum ad hanc vitam spectantium tutela civitatis est negotium, et earum possessoribus suis conservatio officium magistratus. Non possunt igitur res hac mundanae ad magistratus libitum his auferri, illis tradi; nec earum, ne quidem lege, mutari inter concives privata possessio propter causam quae ad concives nullo modo pertinet, nempe religionem, quae sive vera sive falsa nullam facit reliquis civibus in rebus mundanis, quae solae reipublicae subijciuntur, injuriam.

Sed dices: Quid si magistratus credat hoc in bonum publicum fieri? Respondeo: Quemadmodum privatum cujusque judicium, si falsum sit, illum a legum obligatione nequaquam eximit, sic privatum, ut ita dicam, magistratus judicium novum illi in subditos legum ferendarum jus non acquirit, quod ipsa reipublicae constitutione illi non concessum fuit nec concedi quidem potuit. Multo minus, si id agat magistratus, ut suos asseclas, suae sectae addictos, aliorum spoliis augeat et ornet. Quaevis: Quid si magistratus id quod jubet in sua potestate esse situm et ad rempublicam utile credat, subditi vero contrarium credant? Quis erit inter eos iudex? Respondeo: Solus Deus, quia inter legislatorem et populum nullus in terris est iudex. Deus inquam hoc in casu solus est arbiter, qui in ultimo iudicio pro cuiusque meritis, prout bono publico pacique et pietati sincere et secundum jus fasque consuluit, rependet. Dices: Quid

